uero formator noster, et nos omnes
sumus opus manus tuæ. Ne irasca-
ris Domine plurimum, neque inæ-
ternum recorderis iniquitatis. En re-
spice quæso, nos omnes sumus po-
pulus tuus. etc: Hic addi possent
& Pauli similes querelæ, nisi omni-
bus notæ & obviæ, essent. Etsi
autem sensu infirmitatis suæ ho-
mines sani moventur, ut Deum
invocent, et ab eo auxilium pe-
tant: tamen multi magis irritan-
tur consideratione acerrimarum insi-
diarum diaboli, quas Petrus experien-
tia sua edoctus illustri oratione depin-
git: Aduersarius, inquit, vester, Diabolus